Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Erster und zweiter Petrusbrief

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

qui ignoratis quid erit in crastinum. Que est
enim uita uestra? Vapor est ad modicum parens. et de
inceps exterminabitur. Pro eo ut dicatis. si dominus uolu
erit. et si uixerimus faciemus hoc aut illud. Nunc autem
exultatis in superbiis uestris. Omnis exultatio talis
maligna est. Scienti ergo bonum facere et non facienti
peccatum est illi.

V

Agite nunc diuites. plorate ululantes in miseri
is uestris que aduenient uobis. Diuicie uestre
putrefacte sunt. et uestimenta uestra a tineis comes
ta sunt. Aurum et argentum uestrum eruginauit et
erugo eorum in testimonium erit uobis. et mandu
cabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizatis uobis
iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum
qui messuerunt regiones uestras que fraudata est a uo
bis clamat. et clamor eorum in aures domini saba
oth introiuit. Epulati estis super terram. et in luxuri
is enutristis corda uestra. In die occisionis. Addux
istis. et occidistis iustum. et non restitit uobis. Paci
entes ergo estote fratres. usque ad aduentum domini. Ecce
agricola expectat preciosum fructum terre. pacien
ter ferens. donec accipiat temporaneum. et seroti
num. Pacientes estote et uos. et confirmate cor
da uestra quoniam aduentus domini appropinquabit.
Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut non iudice
mini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exem
plum accipite fratres exitus mali. longanimita
tis. laboris. et paciencie. prophetas. qui locuti sunt
in nomine domini. Ecce beatificamus qui sustinuerunt.
Sufferentiam iob audistis. et finem domini uidistis. quoniam
misericors est dominus et miserator. Ante omnia
fratres mei nolite iurare neque per celum. neque per ter
ram. neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo
uester est est. non non. ut non sub iudicio decidatis. Tris
tatur aliquis uestrum. oret equo animo. et psallat.
Infirmatur aliquis ex uobis. inducat presbyteros ec
clesie. et orent super eum ungentes [eum] oleo in nomine domini.
et oratio [fidei] eorum saluabit infirmum. et alleuiabit eum
dominus. et si in peccatis sit remittentur ei. Confitemi
ni alterutrum peccata uestra. et orate pro inuicem ut
saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti
assidua. Helyas erat homo similis nobis pas
sibilis. et oratione orauit ut non plueret super terram.
et non pluit annos tres. et menses sex. Et rursum
orauit. et celum dedit pluuiam. et terra dedit
fructum suum. Si quis autem ex uobis errauerit
a ueritate. et conuerterit quis eum. scire debet
quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uie
sue. saluabit animam eius a morte. et operit
multitudinem peccatorum.

(margin: fratres mei)

PETRUS apostolus Incipit
Ihesu Christi. electis aduenis epistola
dispersionis. ponti galacie. petri
asye et bythinie capadocie. prima
secundum presciennciam dei patris. in sanctifi
catione spiritus sancti. in obedientiam
et aspersionem sanguinis ihesu christi. Gratia uobis et
pax multiplicetur. Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi. qui secundum misericordiam suam
magnam regenerauit nos in spem uiuam
per resurrectionem ihesu christi ex mortuis in heredi
tatem incorruptibilem. et incontaminatam
et immarcessibilem conseruatam in celis in uobis
qui in uirtute dei custodimini per fidem in salu
tem paratam reuelari in tempore nouissimo in
quo exultabitis. Modicum nunc si oportet contris
tari in uariis temptationibus ut probatio uestre
fidei multo preciosior sit auro quod per ignem probatur.
inueniatur in laudem. et gloriam. et honorem
in reuelatione ihesu christi. quem cum non uideritis di
ligitis. in quem nunc quoque non uidentes creditis.
credentes autem exultabitis leticia inenarrabi
li et glorificata. reportantes finem fidei uestre
salutem animarum uestrarum. De qua salute exqui
sierunt atque scrutati sunt prophete. qui de futura
in uobis gratia prophetauerunt. scrutantes in quod uel qua
le tempus significaret in eis spiritus christi prenuncians eas que
in christo sunt passiones et posteriores glorias. Quibus
reuelatum est quoniam non sibi ipsis uobis autem ministra
bant ea que nunc nunciata sunt uobis per eos qui
euangelizauerunt uobis spiritu sancto misso de celo in
quem desiderant angeli prospicere. Propter quod succincti lum
bos mentis uestre. sobrii perfecte. sperate in eam que
offertur uobis gratiam. in reuelatione ihesu christi. qua
si filii obedientie non configurati prioribus ignoran
tie uestre desideriis. sed secundum eum qui uocauit uos sanctum.
ut ipsi in omni conuersatione sancti sitis quoniam scriptum est. Sancti eritis
quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine
acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus in
timore. Incolatus uestri tempore conuersamini. scien
tes quod non corruptibilibus auro uel argento redempti
estis. de uana uestra conuersatione paterne traditionis.
sed precioso sanguine. quasi agni incontaminati
et immaculati christi. precogniti quidem ante constitutio
nem mundi. Manifestati autem nouissimis temporibus
propter uos qui per ipsum fideles estis in deo. qui sus
citauit eum a mortuis et dedit ei gloriam. ut fi
des uestra et spes esset in deo. Animas uestras casti
ficantes in obedientia caritatis. in fraternita
tis amore. simplices ex corde. inuicem diligite

... tudo teneant · dicitur ... dicitur si gaudia electorum appetit dux suus via amaritudinis ostendit

attenti · renati non ex semine corruptibili sed
incorruptibili per verbum dei vivi et permanentis.
quia omnis caro fenum · et omnis gloria eius tamquam flos
feni. exaruit fenum · et flos eius decidit · verbum
autem domini manet in eternum · hoc autem est verbum quod evan
gelizatum est in vobis. · II ·
Deponentes igitur omnem maliciam et omnem
dolum et simulationes et invidias · et omnes
detractiones. sicut modo geniti infantes rationabi
les sine dolo lac concupiscite · ut in eo crescatis in
salutem · si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus. Ad quem
accedentes lapidem vivum · ab hominibus quidem reproba
tum · a deo autem electum · et glorificatum. Et ipsi tamquam
lapides vivi superedificamini domos spiritu
ales. sacerdotium sanctum · offerre spirituales hos
tias · acceptabiles deo per ihesum xpistum. Propter quod conti
net scriptura. Ecce pono in syon lapidem sum
mum angularem · electum preciosum · et omnis qui
crediderit in eo non confundetur · Vobis igitur honor (fidelibus)
credentibus · non credentibus autem lapis quem repro
baverunt edificantes. hic factus est in caput anguli ·
et lapis offensionis et petra scandali his qui offen
dunt verbo · nec credunt in quo et positi sunt.
Vos autem genus electum · regale sacerdotium · gens
sancta · populus acquisitionis. ut virtutes eius annun
tietis qui de tenebris vos vocavit in admi
rabile lumen suum · Qui aliquando non populus · nunc autem po
pulus dei · qui non consecuti misericordiam · nunc autem misericordiam
consecuti. Karissimi obsecro vos tamquam advenas et
peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis
que militant adversus animam · conversationem
vestram inter gentes habentes bonam · ut in eo quod de
malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes.
glorificent deum in die visitationis. Subiecti estote
omni creature humane propter deum · Sive re
gi quasi precellenti · Sive ducibus tamquam ab eo
missis ad vindictam malefactorum · laudem vero bo
norum. Quia sic est voluntas dei · ut benefacien
tes obmutescere faciatis imprudentium homi
num ignorantiam · Quasi liberi et non quasi ve
lamen habentes malicie libertatem · sed sicut
servi dei. Omnes honorate · fraternitatem diligite ·
deum timete · regem honorificate · Servi
subditi estote in omni timore dominis · non tantum bonis
et modestis · sed et dyscolis. Hec est enim gratia si propter
conscientiam dei sustinet quis tristicias paciens
iniuste. Que enim gratia est · si peccantes et cola
phizati suffertis. Sed si patienter benefaci
entes sustinetis · hec est gratia apud deum · In hoc enim
vocati estis. quia et xpistus passus est pro vobis vobis

a de sacerdocio | b de fine [illegible]

relinquens exemplum ut sequamini vesti
gia eius. Qui cum malediceretur · non maledi
cebat · cum pateretur non comminabatur. Tradebat
autem iudicanti se iniuste · qui peccata nostra ipse
pertulit · in corpore suo super lignum · ut peccatis
mortui iusticie vivamus · cuius livore sanati
estis. Eratis enim sicut oves errantes · sed conversi estis
nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. · III ·
Similiter et mulieres subdite sint viris su
is · ut et si qui non credunt verbo · lucrifiant.
considerantes in timore sanctam conversationem harum.
Quarum sit non extrinsecus capillatura · aut circumdatio
auri · aut indumenti vestimentorum cultus · sed qui
absconditus homo cordis · in incorruptibilitate
quieti et modesti spiritus · qui est in conspectu dei locu
ples. Sic enim aliquando et sancte mulieres sperantes in
deo ornabant se subiecte propriis viris. Sicut
Sara obediebat abrahe dominum eum vo
cans. cuius estis filie benefacientes et non timentes ul
lam perturbationem. Viri similiter cohabitantes
secundum scientiam · quasi infirmiori vasculo mulie
bri impertientes honorem tamquam coheredibus gratie
vite ut non impediantur orationes vestre. In fide
autem omnes unanimes compatientes estote · fr
aternitatis amatores · misericordes · modesti ·
humiles. Non reddentes malum pro malo ·
nec maledictum pro maledicto · sed e contrario bene
dicentes. Quia in hoc vocati estis · ut benedic
tionem hereditate possideatis. Qui enim vult
vitam diligere et videre dies bonos · coerceat
linguam suam a malo · et labia eius ne lo
quantur dolum · Declinet autem a malo et faciat
bonum · inquirat pacem et sequatur eam · quia
oculi domini super iustos · et aures eius in preces eorum · Vul
tus autem domini super facientes mala · Et quis est qui
vobis noceat · si boni emulatores fueritis?
Sed si quid patimini propter iusticiam beati eri
tis. Timorem autem eorum ne timueritis · ut non
conturbemini · Dominum autem xpistum sanctificate in cordi
bus vestris · parati semper ad satisfactionem omni
poscenti vos rationem de ea que in vobis est spe
et fide · cum modestia et timore conscientiam ha
bentes bonam · ut in eo quod detrahunt vobis confun
dantur · qui calumpniantur vestram in xpisto conversatio
nem. Melius est enim benefacientes si velit volun
tas dei pati quam male facientes. Quia et xpistus
semel pro peccatis nostris mortuus est · iustus pro iniustis ·
ut nos offerret deo · mortificatos quidem
carne vivificatos autem spiritu · In quo et his
qui in carcere erant · spiritu veniens predicavit.

Qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius.

per mulierum conversationem sine [illegible]

in oratione

non [illegible]

reddere

facientes

a no ducel clari

qui increduli fuerant aliquando quando expecta-
bant dei patientiam in diebus noe cum fabri-
caretur archa in qua pauci id est octo anime salve facte
sunt per aquam. Quod et vos similis forme sal-
vos facit baptisma. non carnis depositio sordium
sed conscientie bone interrogatio in deum per resurrectionem
ihesu christi domini nostri. qui est in dextera dei patris
deglutiens mortem ut vite eterne heredes effice-
remur. profectus in celum subiectis angelis et
potestatibus et virtutibus. IIII
Christo igitur passo in carne et vos eadem cogitatione
armamini. quia qui passus est in carne desiit
a peccatis ut iam non hominum desideriis sed volun-
tate dei quod reliquum est in carne vivat temporis.
Sufficit enim preteritum tempus ad voluntatem gentium consum-
mandam. qui ambulaverunt in luxuriis deside-
riis. vinolentiis. comessationibus potationibus
et illicitis ydolorum cultibus. In quo admirantur
non concurrentibus vobis in eandem luxurie
confusionem. blasphemantes. qui reddent ratio-
nem ei qui paratus est iudicare vivos et
mortuos. Propter hoc enim et mortuis evangeliza-
tum est. ut iudicentur quidem secundum homines in car-
ne. vivant autem secundum deum in spiritu. Omnium au-
tem finis appropinquavit. Estote itaque pruden-
tes et vigilate in orationibus. Ante omnia au-
tem mutuam in vobismetipsis caritatem continu-
am habentes quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospi-
tales invicem sine murmuratione. Unusquisque sicut
accepit gratiam in alterutrum illam administrantes
sicut boni dispensatores multiformis gratie
dei. Si quis loquitur quasi sermones
dei. Si quis ministrat tamquam ex virtute
quam administrat deus ut in omnibus honorifice-
tur deus per ihesum christum dominum nostrum cui est gloria et
imperium in secula seculorum amen. Karissimi nolite pere-
grinari in fervore qui ad temptationem vobis fit
quasi aliquid novi vobis contingat. sed commu-
nicantes christi passionibus gaudete. ut et in revela-
tione glorie eius gaudeatis exultantes. Si ex-
probramini in nomine christi beati eritis quoniam quod est
honoris glorie et virtutis dei et qui est eius spiritus
super vos requiescet. Nemo autem vestrum patia-
tur quasi homicida. aut fur. aut male-
dicus. aut alienorum appetitor. Si autem ut christia-
nus non erubescat. glorificet autem deum in isto
nomine. quoniam tempus est ut incipiat iudicium de do-
mo dei. Si autem primum a nobis. quis finis eorum
qui non credunt dei evangelio. Et si iustus vix salva-
bitur. impius et peccator ubi parebunt. Itaque et

[margin:] caritas
[margin:] Iustus vix salvabitur

bi qui patiuntur secundum voluntatem dei fideli creatori
commendant animas suas in benefactis. V
Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro conse-
nior et testis christi passionum qui et eius que in
futuro revelanda est glorie communicator pascite
qui in vobis est gregem dei providentes non coac-
te sed spontanee secundum deum. neque turpis lucri gratia sed vo-
luntarie. neque ut dominantes in cleris sed forma
facti gregi ex animo. et cum apparuerit princeps
pastorum percipietis immarcescibilem glorie coronam.
Similiter adolescentes subditi estote senioribus.
Omnes invicem humilitatem insinuate. quia deus super-
bis resistit. humilibus dat gratiam. Humiliami-
ni igitur sub potenti manu dei. ut vos exaltet in
tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram
proicientes in eum. quoniam ipsi cura est de vobis. So-
brii estote et vigilate. quia adversarius vester dia-
bolus tamquam leo rugiens circuit querens quem
devoret. Cui resistite fortes in fide scientes
eandem passionem ei qui in mundo est vestre fraternitati
fieri. Deus autem omnis gratie qui vocavit nos in
eternam gloriam in christo ihesu. modicum passos. perficiet et
confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et imperium in secula
seculorum amen. Per silvanum fidelem fratrem vobis ut
arbitror breviter scripsi. obsecrans et contestans
hanc esse veram gratiam dei in qua statis. Salutat
vos ecclesia que in babylone est coelecta et marcus filius
meus. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vo-
bis omnibus qui estis in christo ihesu.

Incipit epistola petri II

Simon petrus servus et apostolus ihesu christi. his qui coequa-
lem nobiscum sortiti sunt fidem
in iustitia dei nostri et salvatoris ihesu
christi. Gratia vobis et pax adimpleatur in
cognitione domini nostri. Quomodo omnia nobis divine vir-
tutis sue que ad vitam et pietatem donata
sunt per cognitionem eius qui vocavit nos propria gloria
et virtute per quem maxima et preciosa nobis promissa
donavit ut per hec efficiamini divine consortes
nature fugientes eius que in mundo est concupiscentie
corruptionem. Vos autem curam omnem subinferentes
ministrate in fide vestra virtutem. in virtute
autem scientiam. in scientia autem abstinentiam. in abstinen-
tia autem patientiam. in patientia autem pietatem
[illegible]
[illegible]
[illegible]
oblivionem accipiens purgationis veterum

suorum delictorum. Quapropter fratres magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Hec enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim habundanter ministrabitur vobis introitus in eternum regnum domini nostri et salvatoris ihesu christi. Propter quod incipiam semper commonere vos de his. Et quidem scientes et confirmatos vos in presenti veritate. Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare vos in commonitione. Certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod et dominus noster ihesus christus significavit michi. Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum ut horum memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri ihesu christi virtutem et presentiam. sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem et gloriam voce lapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. hic est filius meus dilectus in quo michi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem audivimus nos de celo allatam. cum essemus cum ipso in monte sancto.

II. Et habemus firmiorem propheticum sermonem. cui benefacitis attendentes. quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. donec dies lucescat. et lucifer oriatur in cordibus vestris. hoc primum intelligentes quod omnis prophecia scripture propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Fuerunt vero et pseudoprophete in populo sicut et in vobis erunt magistri mendaces. qui introducent sectas perditionis. et eum qui emit eos dominum negant. superducentes sibi celerem perditionem. et multi sequentur eorum luxurias. per quos via veritatis blasphemabitur. et in avaricia fictis verbis de vobis negociabuntur. quibus iudicium iam olim non cessat. et perditio eorum non dormitat. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit. sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. in iudicium reservari. et si originali mundo non pepercit. sed octavum noe iusticie preconem custodivit. diluvium mundo impiorum inducens. et civitates sodomorum et gomorreorum in cinerem redigens eversione dampnavit. exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens. et quoniam iustum loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conversatione eripuit. aspectu enim et auditu erat iustus. habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Novit dominus pios de temptatione eripere. iniquos vero in diem iudicii reservare cruciandos. magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditie ambulant. dominationemque contempnunt. audaces. sibi placentes. sectas non metuunt introducere blasphemantes. ubi angeli fortitudine et virtute cum sint maiores non portant adversus se execrabile iudicium. Hii vero velut irrationabilia animalia naturaliter in captionem et in perniciem in his que ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt percipientes mercedem iniusticie. voluptatem existimantes diei delicias. coinquinationis et macule. deliciis affluentes in conviviis suis luxuriantes vobiscum. Oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti. pellicientes animas instabiles. cor exercitatum avaricia habentes. maledictionis filii. derelinquentes rectam viam erraverunt. secuti viam balaam ex bosor qui mercedem iniquitatis amavit. correptionem vero habuit sue vesanie. subiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophete insipientiam. Hii sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus exagitate. quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes. pelliciunt in desideriis carnis luxurie eos qui paululum effugiunt. qui in errore conversantur. libertatem illis promittentes. cum ipsi sint servi corruptionis. A quo enim quis superatus est huius et servus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri et salvatoris ihesu christi. his rursus implicati superantur. facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iusticie. quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri proverbii. canis reversus ad vomitum. et sus lota in volutabro luti.

III. Hanc ecce vobis karissimi secundam epistolam in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem. ut memores sitis eorum que predixi verborum. a sanctis prophetis. et apostolorum vestrorum preceptorum domini et salvatoris. Hoc primum scientes quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes. dicentes. Ubi est promissio aut adventus eius? Ex quo enim patres nostri dormierunt. sic omnia perseverant ab initio creature. Latet enim eos hoc volentes. quod celi erant prius et terra de aqua et per aquam consistentes dei verbo. per que ille tunc mundus. aqua inundatus periit. Celi autem qui nunc sunt et terra eodem verbo repositi igni reservati sunt in diem iudicii. et perditionis impiorum hominum. Unum vero hoc non lateat vos karissimi quia unus dies apud dominum sicut mille anni. et mille anni sicut dies unus. Non tardat dominus promissis. sed patienter agit propter vos. nolens aliquos perire. sed omnes ad penitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut fur. in quo celi magno impetu transient. elementa vero calore solventur. Cum hec

 ubi ... amoenit

omnia dissoluenda sunt. quales uos opor
tet esse in sanctis conuersationibus et pietatibus.
et expectantes in aduentum diei domini per quem celi
ardentes soluentur et elementa ignis ardore
tabescent. Nouos uero celos et nouam terram secundum pro
missa ipsius expectamus. in quibus iusticia habi
tat. Propter quod karissimi expectantes satagite in
maculati et inuiolati ei inueniri in pace. et
domini nostri ihesu christi longanimitatem salutem ar
bitremini. sicut karissimus frater noster paulus secundum datam
sibi sapientiam scripsit uobis. sicut et in omnibus epistolis
loquens in eis de his. in quibus sunt quedam
difficilia intellectu que indocti et instabi
les deprauant. sicut et ceteras scripturas ad su
am ipsorum dampnationem. Vos igitur fratres presci
entes hoc custodite ne insipientum errore tra
ducti excidatis a propria firmitate. crescite
uero in gratia et cognitione domini nostri ihesu christi et salua
toris. Ipsi gloria et nunc et in diem eternitatis. Incipit epistola Iohannis prima.

I. QVOD fuit ab initio
quod audiuimus quod uidimus
oculis nostris. quod perspeximus
et manus nostre contractauerunt.
de uerbo uite. et uita manifes
tata est et uidimus et testamur. et an
nunciamus uobis. ut et uos societatem
habeatis nobiscum. et societas nostra sit cum
patre. et filio. et spiritu sancto. Et hec est annuntia
tio quam audiuimus ab eo. et annunciamus
uobis. quoniam deus lux est. et tenebre nulle sunt
in eo. Si dixerimus quoniam societatem habemus
cum eo. et in tenebris ambulamus. men
timur. et ueritatem non facimus. Si autem in luce
ambulamus sicut et ipse in luce est. societa
tem habemus ad inuicem. et sanguis ihesu
christi filii eius emundat nos ab omni peccato. Si dix
erimus quoniam peccatum non habemus. ipsi nos seduci
mus. et ueritas in nobis non est. Si confiteamur
peccata nostra fidelis et iustus est. ut remittat
nobis peccata nostra. et emundet nos ab omni
iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus.
mendacem facimus eum. et uerbum eius non est in nobis.
Filioli mei hec scribo uobis. ut non peccetis.
Sed si quis peccauerit. aduocatum habemus apud
patrem ihesum christum iustum. et ipse est propiciatio
pro peccatis nostris. non pro nostris autem tantum. sed pro totius mun
di. Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum si man
data eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum et man
data eius non custodit. mendax est. et in hoc ueritas
non est. Qui autem seruat uerbum eius. uere in hoc ca
ritas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus.
Qui dicit se in illo manere. debet sicut ille ambu
lauit. et ipse ambulare. Karissimi non mandа
tum nouum scribo uobis. sed mandatum uet
us quod habuistis ab initio. Mandatum uetus est
uerbum quod audistis. Iterum mandatum no
uum scribo uobis quod uerum est. et in ipso et in uobis.
quia tenebre iam transierunt. et uerum lumen iam lucet.
Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in
tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem
suum in lumine manet. et scandalum in eo non
est. Qui odit fratrem suum in tenebris est et in te
nebris ambulat. et nescit quo eat. quoniam tene
bre obcecauerunt oculos eius. II.
Scribo uobis filioli quoniam remittuntur uobis
peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres.
quia cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uob
adolescentes. quoniam uicistis malignum. Scribo
uobis infantes. quia cognouistis patrem. Scribo
uobis iuuenes. quoniam fortes estis. et uerbum dei ma
net in uobis. et uicistis malignum. Nolite dili
gere mundum. neque ea que in mundo sunt. Quia
si quis diligit mundum. non est caritas patris in eo. quoniam
omne quod est in mundo concupiscentia carnis est.
et concupiscentia oculorum est. et superbia uite que non est
ex patre. sed ex mundo est. Et mundus transi
bit et concupiscentia eius. Qui autem facit uolun
tatem dei manet in eternum. Filioli nouissima
hora est. et sicut audistis quia antichristus uenit. nunc an
tichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima
hora est. Ex nobis prodierunt. sed ex nobis non erant.
Nam si fuissent ex nobis. permansissent utique no
biscum. Sed ut manifesti sint. quoniam non sunt omnes
ex nobis. Sed uos unctionem habetis a sancto. et nostis
omnia. Non scripsi uobis quasi ignorantibus
ueritatem. sed quasi scientibus eam. Et quoniam omne
mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax nisi
is qui negat quoniam ihesus non est christus. Hic est antichristus qui ne
gat patrem et filium. Omnis qui negat filium nec
patrem habet. Qui confitetur filium et patrem habet. Vos quod
audistis ab initio in uobis permaneat. Si in
uobis permanserit quod audistis ab initio. et uos in
filio et patre manebitis. Et hec est repromissio
quam ipse pollicitus est nobis uitam eternam.
Hec scripsi uobis de his qui seducunt uos.
et uos unctionem quam accepistis ab eo maneat in
uobis. et non necesse habetis ut aliquis doceat
uos. sed sicut unctio eius docet uos de omnibus. et ue
rum est et non est mendacium et sicut docuit uos manete
in eo. Et nunc filioli mei manete in eo. ut cum
apparuerit habeamus fiduciam. et non confundamur
ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est
scitote quoniam et omnis qui facit iusticiam ex
ipso natus est. III.

... ad ... iudicium